HIERONYMUS
12. Jh. Seite 29r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift



las· quę auri atq; argenti texuntur uirgulis· sensu uidelicet scripturarū· ꝛ ꝯfacto
riola· ut xpi bonus odor simus· ꝛ inaures· ne audiamus iudiciū sanguinis·
s; dni uerba dicentis· Qui habet aures audiendi audiat· Et anulos· quibus
signam ad dni miliciā· Quē ds signauit pater· Unde dicitur ad principem
tyri· tues signaculū similitudinis· Filius quoq; prodigus cū stola recepit anu
lū ꝛ calciamenta· Et gemmas in fronte pendentes· quibus nra ora decorantur·
De cuius capitis ornamento ꝛ in psalmo legimus; sicut unguentū in capite·
qd descendit in barbā barbā aaron· Quę omā licet· lxx· interpretes· aquila·
ꝛ symmachus· aut theodocio diuersis modis interpretantur· nos ut potuimus
uel de hebreo· uel de ipsorum translatione texuimus· nec uolumus diutius
in singulis inmorari· ne friuola sit expositio· ꝛ prudenti lectori fasti
diū faciat· Et mutatoria· ꝛ pallia· ꝛ linteamina· ꝯ linteamine· lxx· perspi
cua laconica interpretati s· uolentes tenuissimas significare uestes·
quibus lacedemoniorū qui fuerunt ad bella promptissimi· ꝛ austerio
ris uitę corpora tegebantur· quāquā laconica nec hebraicū habeat·
nec ullus alius interpretum· Mutatoria autē ꝛ pallia· quę significan
tius symmachus transtulit· ANABOALIA· ornamenta sunt uestium
mulierū· quibus humeri ꝛ pectora protegunturꝛ· Mutatoria· uixta
ANAGOGEN· illa sunt de quibus dicitur· ibunt de uirtute in uirtutē·
Et linteamina· ut lauti in dno deliciis perfruamur· secdm illud qd
in psalmis scriptū est· torrente uoluptatis tuę potabis eos· Hęc
autē omā perdiderunt filię syon· quia ambulauerunt extento collo·
ꝛ oculorum nutibus superbiā gestierunt· putantes suę esse potentię
qd habebant· ꝛ n dni grę· Et acus· ꝛ specula· ꝛ sindones· ꝛ uittas
ꝛ theristra· Habent acus mulieres quibus ornatorū criniū compago